



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Explanatio In Psalmos

Complectens primos 25. Psalmos

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Dusseldorpii, [1761]

VD18 15558428-001

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53377)

PRÆFATIO.

Si Psalmorum materiam, & formam, & genus scribendi consideres, Amice Lector, summam facile intelliges eorundem esse excellentiam. Quidquid enim Moses vel in historia tradidit, vel in lege præcepit; & quidquid Prophetæ ceteri vel exhortando ad virtutes, vel prædicendo futura scripserunt, id totum, quasi in compendio, Psalmorum Liber comprehendit. Christi Regnum, ortum, prædicationem, miracula, passionem, resurrectionem, ascensionem, Ecclesiæ propagationem ita manifestè prædicat David, ut Evangelista potius, quàm Prophetæ fuisse videatur.

Ubi.

Ubivis deinde ferè hortatur ad
Virtutes, retrahit à Vitiis; invi-
tat, allicit; minatur, terret; atque
hæc omnia non simplici narratione
complectitur, sed Vario carminum
genere, phrasibus Poëticis, meta-
phoris pluribus, & admirabilibus;
demum novo quodam genere dicen-
di ita rapit animos in amorem, &
laudem Dei, ut nihil salutarius ca-
ni, audiriue possit. Itaque rectè S.
Basiliius scribit in explicatione pri-
mi Psalmi, Davidis Psalmos etiam
ex corde lapideo lacrimas elicere:
rectè etiam S. Joan. Chrysostomus
in explicatione Psalmi 137. affir-
mat eos, qui Psalmos ritè canunt,
cum Angelis choreas ducere, &
quasi cum eis de Dei laudibus, &
amore contendere. Ex his in

num, aut ejus partem lecturus,
vel meditaturus, idem Davidis
argumentum tibi facile poteris
applicare, eandemque cum illo
à Deo in hac, illave necessitate
gratiam implorare. Deinde sin-
gulis Versiculis, aut pluribus
suam ita subjicio paraphrasin, ut,
quomodo versiculus cum versiculo
cohæreat, & omnes finem eun-
dem spectent, nemo non videat.
Demum sensum Vocabulorum, qui
sæpe mysticus est, & propheticus,
integrum reddo, aut Emin. Au-
thoris ipsiusmet verbis, aut cer-
tè, quæ pluribus scribit, in bre-
viorem synopsis contractis. Ecce,
Amice Lector! compendiarium
laborem, qui tantum meus est;
Tu illo utere, & vale.

PSAL-